contra vero[a], quot esse putas qui nec Romam quidem[b] viderunt unquam, illustres tamen Romanos resque eorum magnifice gestas ita norunt ut interfuisse rebus ipsis videantur? itaque fit ut res ab nostra etate memoriaque remotas melius cognoscamus, si modo sint claris viris illustrate et auctoribus, quam que recentior dies attulit[c]. memoria namque hominum facile perit[d], et vix unius seculi vivit etatem, nisi libris et memorie litterarum commendetur[e]. errat ergo[f] qui sibi gloriam[g] querit et scriptores negligit, quando[h] non potest partam gloriam famamque tenere sine beneficio litterarum. et est fortasse aliquid neglexisse scriptores, ut sunt plerique tam magno elatoque animo prediti, qui laudes famamque concontemnant[i], benegestarum rerum conscientia sola contenti; at vero indixisse bellum vatibus, oratoribus maledicere, damnare scriptores, si quis ex vulgo hec[k] ita sentiret, paterer quidem, quasi illi cum laude et litteris nichil commune sit[l]; in principe vero bonis artibus imbuto, cui sit[m] gloria et virtus in pretio, non possum ista[n] probare.

Le memorie infatti periscono se non sono tramandate dagli scrittori;

onde disprezzarli, come farebbe il volgo ignorante, è indegno d'un principe che ama gli studi e la storia.

Sed et Maronis quoque effigiem sustulit[1]. quid queso, severius in defunctum iam Domitianum animadverti potuit quam quod senatus[o] censuit ut statue, quecunque[p] nomini[q] eius dicate fuerant, tollerentur, utque ex omnibus publicis et privatis[r] locis Domi-

Ma Carlo anzi abbattè la statua di Virgilio, rinnovando così l'atto severo del senato Romano verso le statue del morto Domiziano.

(a) *B P* ceterum vero (b) *C Mur.* qui ne Romam unquam *Ar V* qui Romam nunquam (c) *R G* clarissimis auct. ill. *Mur.* claris auct. ill., quaeque rec. dies attulit libri servent (d) *B P R G Ra* periit (e) *C Ra Mur.* commendentur (f) *Mur.* fallitur ergo (g) *R G* gloriari (h) *Ar V Mur.* quoniam (i) *V* contemnunt (k) *C Mur.* vulgo esset qui hoc *Ar V* vulgo qui hoc (l) *B P R G Bp* paterer quasi nihil cum laude et litt. commune sit (m) *C Ar V Bp Mur.* cuique sit (n) *Mur.* ita (o) *Mur.* poterit? quid quod Senatus (p) *V* quocunque (q) *B* nominis (r) *B P* ut omnibus publicis et *C Ar V Mur.* utque ex omnibus publicis privatisque

(1) Cf. A. Possevini, *Gonzaga*, Mantuae, 1628, p. 485: «plurium saeculorum memoria et reddita ad vivum effigie Virgilii Maronis statua, medio in Foro, ubi nunc sordidissima veno exponuntur, pario marmore visebatur: ferrati cancelli ambibant et gradibus octo plana urbis superabantur. ipsa senatorium induta, dextera prominenti attentionem orabat; sinistra volumen ostentabat; cui insculpta carmina visebantur: "Mantua me genuit"». Secondochè attesta il Salutati, invece, la statua sarebbe stata collocata nel palazzo dei Gonzaga, «dove forse era murata nella facciata prospiciente la piazza maggiore, così come si scorge ancor oggi infisso nel fianco del palazzo della Ragione, che guarda la piazzetta del Broletto, il monumento del sec. xii [?] dedicato al poeta» (Novati, loc. cit., p. 287).